

quæ dixi, cit. q. 1. Bulla Cænz solum derogat facultatem absolvendi, non vero dispensandi, de qua nos hic agimus, ac proinde in penis non est faciendæ extensio ad diversa. De hac re vide quæ dixi supra Resol. 20. quest. 1. Ubi argumenta adversariorum posui, ac solvi.

21. Portel. Fagundes.

Nota circa hanc rem, quid sit occultum. Portel, in Additionibus ad Dubia Regul. Verb. Dispensare num. 9. Fagundes in præceptis Decalog. tract. lib. 1. cap. 8. num. 32. 33. Dicitur quod si hæresis sit nota quinque, vel sex personis, vel sex complices habeat adhuc dicitur occulta, & ab illa adhuc Episcopi poterunt absolvere. At Navar. in Manual. cap. 27. num. 154. in fine, vers. Undecim Toletus, in summa lib. 1. cap. 88. num. 5. Vivald. in caudalibro rit. de irregularit. num. 315. Sayrus, de censur. lib. 4. cap. 7. num. 315. Suar. tom. 4. de penit. disp. 3. sect. 2. num. 2. de censur. disp. 41. sect. 2. num. 6. Veiga, Emmanuel Rodrig. Zerola. Azor. & alii in magno numero, quos refert, & citat Bonacina in Collectanea, ad Trident. sess. 14. cap. 6. ad Verbum ex occulto, qui omnes dicunt illud reputari occultum, quod non est notorium apud omnes, etiam si possit probari per aliquos testes, sufficit enim non esse divulgatum, & quod possit aliqua tergiversatione celari, etiam si delictum fuisset detectum ad forum contentiosum, vel ex defectu probationis, vel ob instantiam partis Judex absolvit reum per sententiam definitivam, adhuc res manet intra terminos occulti, ut ex Covarr. ac aliis probat Sanchez, de matrim. lib. 8. Imo si delictum fuerit publicum in uno loco, in altero occultum, ubi petitur dispensatio, & non est moraliter spes, ut publicetur ibi, reputatur ut occultum, prout opponitur publico. Ita Sanchez, Suarez, Avila, Fagundes, quos citant, ac sequuntur Vidal. de casibus reservatis Inquisit. 1. num. 101. Candid. cit. dub. 9. circa occultum vide supra Resol. 37. quest. 2.

Navar. Toletus. Vivald. Sayrus. Suar.

Veiga. Rodrig. Zerola. Azor. Barbosa.

Vidalius.

22.

Circa quod nota primò Episcopum in prædicto casu posse committere absolutionem, non ad suum Vicarium absolute, sed ad Vicarium, vel Confessorem specialiter ad talem casum hæresis deputatum, nam ita requirit Tridentinum, ut contra Suarez, tom. 4. disp. 30. sect. 2. num. 9. & 25. probat Henriq. lib. 6. cap. 14. num. 7. in Glossa, lit. r. O. Garcia, disp. 11. cap. 10. num. 81. Ugolinus, de irregularit. cap. 36. num. 5. in principio, & cum aliis multis, Barbosa, de potestate Episcopi, p. 2. Allegat. 40. à principio.

Garcia. Ugolinus.

23.

Nota etiam contra Henriquez, lib. 14. cap. 20. §. 20. in fine, & Avilam de censur. p. 7. disp. 10. dub. 6. Episcopum posse dictam absolutionem, & dispensationem dare suo subdito in absentia, etiam si talis subditus sit extra Diocesim, nam cum Concilium dicat, subditos in sua diocesi, hoc est sue diocesis, Ita Rodriguez, in summa tom. 3. cap. 3. num. 3. Salzedo, in praxi Episcopos, p. 2. cap. 6. num. 28. Suarez, de censur. disp. 41. sect. 2. num. 10. & 12. Bonacina, de censur. disp. 1. quest. 3. punct. 2. num. 1. vers. & disp. 7. quest. 7. quest. 5. punct. 1. num. 4.

Rodrig. Salzedo.

Bonac.

24.

Nota tertio Episcopum dictam absolutionem, & dispensationem posse impertiri extra Sacramentum Confessionis, nam per illam

particulari, in foro conscientia, non intelligitur forum Sacramentale, audita confessione, sed tantum denotatur, ut absolutio in foro externo non proficit, si accidat hæresim ad iudicium externum deduci Ita Homobonus de examine Ecclesie, p. 1. tract. 5. quest. 31. & alii multi, quos citant, ac sequuntur, Sanchez in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 21. Diana p. 1. de Absolut. Hæresis, Resol. 2. ad finem.

Homobonus Sanchez. Diana.

Nota quartò hanc eandem potestatem convenire Archiepiscopo dum visitat Diocesim suffraganeam, ac tenent Sayro, Clav. Regia, lib. 6. cap. 11. num. 79. Henriquez, in summa lib. 14. cap. 18. num. 3. Suar. tom. 4. de penit. sect. 2. num. 8. Avila Sanchez, & alii, quos citat, ac sequitur Bonacina, citat disp. 1. quest. 3. punct. 1. num. 3. Barbosa, de potest. Episcopis Alleg. 39. num. 19.

25. Clav. Reg. Henriq.

Suar. Avila. Bonacina. Diana.

QUESTIO V.

Potestas Episcopalis ad dispensandum quoad ea, quæ pertinent ad matrimonium.

SUMMARIUM.

- 26 In impedimento occulto quando est difficultas recursum ad Papam, Episcopus potest dispensare.
27 An si matrimonium fuit celebratum mala fide an tunc valeat dispensare Episcopus, alii qui negant.
28 Alij probabiliter affirmant.
29 Etiam, Episcopus in casu urgente potest dispensare ante matrimonium contractum.
30 Non vero si adest Legatus.
31 Episcopi possunt dispensare ad petendum debitum.

26.

In impedimentis dirimentibus solus Papa potest dispensare ante matrimonium celebratum; ac post celebrationem illius saltem bona fide unius publice factam, si impedimentum est occultum, & separatio conjugum nequit fieri sine magna fama iactura, ac scandalo, aliove magno detrimento, & non est facilis ad summum Pontificem recursus, vel ad alium habentem ad id potestatem, si est periculum in mora, tunc bene potest Episcopus dispensare, Ita Sanchez, de matrim. lib. 2. disp. 40. num. 4. Pontius, de matrim. lib. 8. c. 13. n. 4. Tannerus, tom. 4. disp. 8. quest. 4. dub. 9. n. 162. Rebellen, p. 2. lib. 3. quest. 5. Præposit. num. 20. Bonacina, de matrim. quest. 3. punct. 15. num. 4. Præpositus, in 3. p. quest. 8. de dispensationibus matrim. dub. 2. num. 12. Ochagavia, de Sacram. tract. 5. de matrim. quest. 2. num. 7. Villalobos, in summa tom. 1. tract. 14. difficult. 25. n. 4.

26. Sanchez. Pontius. Tannerus. Rebellen. Bonacina. Præposit.

Ochagavia. Villalobos.

27.

Et addunt citati Auctores, quod si Sacramentum celebratum sit mala fide ex parte unius quod tunc non potest Episcopus dispensare. Et ratio est, quia mala fide contrahens, indignus est, cui favor huiusmodi concedatur, ergo non potest presumi tacita concessio summi Pontificis, ut Episcopus in casu dispenseret, quod

Quoad debitum.

Quantum ad petendum debitum; pro quo nota, quod ex copula licita oritur impedimentum dirimens matrimonium usque ad 4. gradum; unde per copulam licitam habitam cum propria conjugæ, contrahitur impedimentum, ut alter post illius obitum nequeat contrahere matrimonium, cum consanguineo, vel consanguinea usque ad quartum gradum ex copula verò illicita oritur impedimentum usque ad secundum gradum ex Trident. sess. 24. c. 4. de matrim. Unde qui post contractum matrimonium fornicatus est cum consanguinea in tertio, vel quarto gradu; & similiter qui post contractum matrimonium cognoscit consanguineam uxori in tertio, vel quarto gradu, sine illo impedimento potest petere debitum. Ita Henriquez, lib. 12. c. 10. Petrus de Ledesma, de matrim. quest. 55. art. 3. Sanchez lib. 7. disp. 67. num. 8. Bonacina, de matrim. quest. 3. punct. 1. n. 6. & 19.

31.

Henriq. Ledesma. Sanchez. Bonacina.

Quando verò cognoscitur consanguinea uxoris in primo vel secundo gradu datur impedimentum petendi debitum. Dubitatur tamen an Episcopus possit in hoc dispensare? Aliqui negantur ducti ex c. Transmissa, de eo, qui cognoscit consanguineam, ubi tale jus petendi debitum reservatur, & in nullo alio loco conceditur Episcopo, ergo nequit Episcopus dispensare, cum inferior non possit mutare legem superioris.

32.

Nihilominus contraria sententia est, & habetur in praxi, Episcopi passim dispensant ad petendum debitum; ita cum multis tenet, ac testatur, Sanchez, lib. 8. de matrim. disp. 12. num. 13. ubi plura viginti quatuor Auctores citat, item tenent Toletus, lib. 5. summa cap. 12. num. 6. Rodriguez, tom. 1. summa, edit. 2. cap. 24; num. 12. M. Cornejo, de matrim. disp. 7. dub. 16. num. 3. & ratio est universalis Ecclesie consuetudo, quæ potest, & est sufficiens ad introducendum jus.

33.

Sanchez. Toletus. Rodriguez. Cornejo.

QUESTIO VI.

De multis aliis rebus esto superveniat debitum, in quibus Episcopus valet dispensare.

SUMMARIUM.

- 34 Multa sunt in quibus Episcopus valet dispensare.
35 In dubio an quis indigeat dispensatione, Bonacina utitur distinctione.
36 Si homo dubitat an egeat dispensatione, potest deponere dubium, possessio stat pro libertate.
37 In dubio an res egeat dispensatione, senendum non indigere.

34.

Conveniunt Doctores, quod multi sunt casus, in quibus potest Episcopus dispensare in lege superioris ex jure, vel ex ejus potestate. Primò in diebus festis, in jejuniis, in recitatione

28. Moscolus. Henriq.

quod confirmatur ex Concilio Trident. sess. 24. c. 5. de reformatione. Matrim. ubi dicitur; si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere presumpserit, separetur, & spe dispensationis consequens careat.

Tamen Moscolus tract. 10. c. 1. n. 22. quod etiam antea docuit, Henriquez, lib. 12. c. 3. n. 2. affirmant posse dispensari ab Episcopo, nam Episcopus in sua diocesi de jure divino potest, quidquid potest Papa in toto orbe; & quamvis ejus potestas possit à Papa limitari, & de facto in hoc limitata sit; non tamen in omnibus casibus adhibeat, sed tantum in ordinariis, quando verè datur periculum animarum, præsumitur Papam velle quod Episcopus suam jurisdictionem exerceat & dispensando remedium adhibeat, sic enim decet Patrem, Pastorem, ac bonum dispensatorem. Et cum hac limitatione interpretatur Tridentinum, nam etiam in Deus (ait ipse) orohibet homicidium, quod tamen permittit in necessariam defensionem, & quemadmodum Concilium loco citato, prohibens dispensationem, cum taliter contrahentibus, tamen Pontifex, quando sibi videtur congruum, dispensare valet, sic etiam ex ejus benigna pietate, ac clementia, quando urget gravis necessitas ad evitandam infamiam, incontinentiam ac grave scandalum, & non est facilis recursus ad Pontificem, tunc videtur commissa Episcopo jurisdictio ad dispensandum, ne animæ desperent, quod tamen faciendum est cum multa diligentia, & magna cautela. Hanc sententiam judicat Villalobos, citatus probabiliter, dum contrariam dicit probabiliorē, & mihi etiam videtur probabilis in aliquo raro, & urgenti casu. Faventque huic sententia Glossa, Cardinalis, Hostiensis, Alexander, in cap. Quia circa de consanguinitate, Dicastillus, de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 8. dub. 4.

Villalobos.

Glossa. Cardinalis. Hostien. Alexand. Dicastil. 29.

Potest etiam Episcopus dispensare in impedimento dirimente ante contractum matrimonium; ut si sponsa mane ad confessionem accedens, quando omnia jam parata sunt ad nuptias publicatas, eadem vespera celebrandas, quæ sine gravi scandalo, ac infamia omitti non possunt, inveniatur impedimentum dirimens habere, in hoc casu dispensare potest Episcopus, quia impedimenta sunt de jure humano, & eadem ratio, ob quam Episcopus dispensare potest matrimonium, militat etiam antea, Ita cum multis Sanchez, de matrim. lib. 2. cap. 10.

Sanchez.

30.

Diana.

Dicastil.

Difficultes est si adest Legatus vel Nuntius, an tunc possit Episcopus dispensare: utramque sententiam jam probabiliter dicit Diana, p. 11. tract. 8. Resol. 3. §. 6. sed difficultas est; tamen negatiivam partem tutiorem dicit, ut tenet Dicastillus, de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 8. dub. 4. num. 53. quia Episcopus solum potest in tali casu dispensare ratione necessitatis urgentis, sed quando adest alius, qui potest dispensare, cessat necessitas; ergo pro tunc dum adest Legatus Pontificis, non censetur, quod ipse, alteri, seu Episcopo concedat talem facultatem sed tantum suo Delegato, qui ex vi suæ delegationis habet, ut vices teneat Pontificis, & tunc cessat omne animarum detrimentum.

recitatione horarum, idque potest etiam Præ-
latus Religionis, cum suis subditis. Secundò
in re levis momenti non obligantis ad mor-
talia. Tertio, quando, lex est particularis suis
subditis, tam Episcopo, quam Regularibus,
Quartò, quando non potest adiri Pontifex,
& necessitate urgente, periculum est in mo-
ra. Quintò, potest Episcopus dispensare pro
sua diocesi in legibus Concilii Provincialis,
& multa alia, quæ jure non prohibentur, &
consuetudine introducta sũt. consuetudo enim
vim legis habet. De quibus latè Barbosa, de
potestate Episcopi, p. 2, in Compendio, statim in
exordio a num. 74.

Barbof.

35.

Sed questio, est, quando Episcopus du-
bitat, an res egeat dispensatione, possit ipse
in lege superioris dispensare, vel etiam quan-
do ipse dubitat, an ipse possit dispensare,
Bonacina, tom. 2, disput. 1, de legibus quest.
2, punct. 1, num. 18. Utiur distinctione ait,
si probabiliter opinamur rem non indigere
dispensatione, tunc non est necesse illam
petere à summo Pontifice, vel Episcopo,
quia licitum est sequi opinionem probabili-
lem, deposito practice dubio: vel non pro-
babiliter opinatur, sed practice dubitatur,
opus esse dispensatione; & tunc dicit ipse
petendam à sede Apostolica dispensationem.
Et ratio est, tum quia non debemus expo-
nere nos periculo delinquendi contra legem
superioris, in qua Episcopus exceptis qui-
busdam casibus dispensare non potest: tum
quia praxis in oppositum extare videtur. Ita
Bonacina.

36.
Barbosa.

Sa.
Layman.
Palau.

Contraria tamen sententia, ut probabilior
ac verior tenenda est, quam tenent, Barbosa,
de potestate Episcopi, p. 2. Allegat. 35. num. 19.
Emmanuel Sa, verb. Dispensatio num. 1. Lay-
man, lib. 1, tract. 2, cap. 2, num. 4. Castrus
Palau, tom. 1, tract. 3, disp. 6, punct. 5, num. 10;
& alii apud ipsos. Ratio est quia in tali casu
datur præsumptio pro libertate: neque alicui
moraliter periculo faciendi contra legem exponi-
tur, etiam si inclines te indigere dispensatione,
ac existimo te reparari posse, non indigere
illa, quia non debes ceteri lege adstrictus,
quousque de lege tibi certo moraliter constet.
Concesso tamen gratis in illo dubio tibi esse
necessariam dispensationem, existimo Episco-
palem sufficere. Tum quia non videtur Ponti-
fici reservatus casus dubius, sed certus; Tum
quia potestas dispensandi latè est interpretan-
da. Ita Castrus Palau.

37.

Quando ergo res versatur in dubio, an egeat
dispensatione Papæ, non solum ut diximus
quod Episcopus potest dispensare, sed etiam
quod in tali casu nulla sit necessaria dispen-
satio: tenet, Diana, part. 3, tract. 6, Resol. 82.
Quia in dubio melior est conditio possidentis,
qua homo est dominus, & possessor suæ liber-
tatis.

Diana.



RESOLUTIO XXVIII.

Potestas Religiosa ad dis-
pensandum.

QUESTIO PRIMA.

Quenam vota suorum subditorum
possint Prælati Regulares
dispensare?

SUMMARIUM.

- 1 Omnia vota sive realia, sive personalia per
professionem tolluntur.
- 2 Questio procedit de votis Prælati, & quinam
sint.
- 3 Prælati potest dispensare, ac irritare omnia
vota suorum subditorum.
- 4 Loquimur de dispensatione utili, & non imper-
tinenti.
- 5 Votum peregrinationis non potest fieri sine licen-
tia Prælati.
- 6 Votum de transitu ad arctiorem Religionem po-
test dispensari à Prælato.



UO AD vota. Et impitmis non
agimus de votis emissis in sæculo
ante professionem, quia omnia
illa vota, sive realia, sive perso-
nalia commutantur, seu extinguuntur per Reli-
gionis professionem. Hanc sententiam expres-
se docet D. Thomas, quest. 88, art. 12, ad 1.
Ubi ait professum non teneri ad vota in sæculo
emissa, sed per professionem tolli, eo quod
Priori vitæ moriatur. Idem docent, Glossa,
cap. Monachi, vers. Uerit, 20, quest. 4, sequuntur
multi alii Doctores quos citat, ac sequitur
Sanchez, tom. 2, in Decalog. lib. 5, cap. 5, num.
38, & 41.

D. Thom.

Glossa.

Sanchez.

Tota questio est de votis factis post profes-
sionem, an possint irritari, vel dispensari à
Prælato, & nomine Prælatorum intelligitur
hic Generalis, Provincialis, Prior, Rector
Collegii, & etiam Vicarius in capite; nam
omnes potestate spirituali gaudent erga suos
subditos; alii verd, qui Prælati verè non sunt
quamvis latè superiores dicantur, ut Superio-
res Conventus, vel Vicarii constituti à Prio-
re, etiam in ejus absentia per breve tempus,
cùm non habeant potestatem spirituales non
veniunt hinc nomine Prælatorum, nec poterunt
dispensare. Ita cum multis aliis, Sanchez lib. 4,
de voto cap. 3, num. 16. Suarez, lib. 6, de voto
cap. 7, num. 17.

2.

Sanchez.

Suar.

Dico ergo, Prælati Regularis potest irri-
tare, ac dispensare omnia vota suorum subdi-
torum, exceptis his, quæ pertinent ad consti-
tutionem status Religiosi & talis Religionis. Ita
D. Thomas, 2, 2, quest. 88, art. 8, ad 3, & 4.
Navarrus, in summa cap. 12, num. 65. Clavis
Regia lib. 6, cap. 10, num. 9. Azor, Valentia,
Lessius, Layman, Bonacina, & alii multi
apud ipsos, quos citat, ac sequitur Castrus Pa-
laus

3.

D. Thom.

Navar.

Clavis Reg.

Azor.

Valentia.

Lessius.

Layman.

Bonac.

Palau.

laus

laus, tom. 3, tract. 15, disp. 2, punct. 8, num. 2.
Et probatur, quia religiosus ratione suæ pro-
fessionis nec habet velle, vel nolle, nec volun-
tatem; deinde Prælati ex commissione data à
Pontifice, cap. si Religiosus de Electione in 6 &
cap. Non dicatis, 12, quest. 1, habet plenariam
potestatem spirituales in suos subditos, eos
regendi, ac gubernandi. Et confirmatur, quia
Prælati Regulares habent potestatem, quasi
Episcopalem in suos subditos, sed Episcopi
possunt dispensare in voto simplici, ergo &
Prælati Regulares, pro majori explicacione
hujus rei,

4.

Nota primò, quod loquimur de dispen-
satione utili, & convenienti, nam si Prælati
dispenser in voto castitatis, paupertatis, obe-
dientie, dispensatio est inutilis, quia vota illa
sunt solemnia, & reservata Pontifici, & hoc
est destruere statum Religiosum, similiter esse
inutilis dispensatio in Religione Minorum in
voto abstinentiæ à carnibus, quia tale votum
auctoritate Pontificia est annexum Regula.

5.

Etiam erit impertinens dispensatio res-
pectu voti peregrinationis ad limina Apo-
stolorum, vel Jerusalem, vel Ad D. Jacobum,
cum tale votum non possit fieri, nisi in ordine
ad licentiam Prælati, quæ si ipse annuat, te-
net votum, si abneget facultate, non tenet;
si autem annuat, jam obligat votum, & tale
votum jam non potest dispensari, nisi in casu
urgenti denud supervenienti, & in quo potest
Episcopus dispensare, potest tamen Prælati
illud irritare. Ita M. Lezana, tom. 1, Summa
cap. 8, num. 49. Fr. Anton, ab Spir. S. in Di-
rectorio Regularium tom. 1, tract. 2, disp. 2, sect. 2,
num. 99.

Lezana,
Fr. Anton.
Spir. S.

6.
Palau.

Navar.
Sayrus.
Lessius.
Searez.
Bonacina.
Villalobos.
Hier. Rod.
Diana.

Nota secundò, contra Castrum Palau cit-
tatum, num. 4. Votum de transitu ad arctiorem
Religionem posse dispensari à Prælato Regulari.
Ita Navarrus, Sayrus, Lessius, Suarius, & alii
quos citat Bonacina, tom. 2, disp. 4, quest. 2,
punct. 7, §. 2, num. 27. Villalobos, tom. 2, tract.
35, diffin. 13, num. 19. Hieronym. Rodrig. Re-
sol. 123, num. 8. Diana, p. 3, tract. 2, de dub.
Regular. Resol. 91. Probatur, quia votum Mo-
nachi de transitu ad arctiorem Religionem
non est simpliciter votum Religionis, sed tan-
tum votum de transitu; ergo non venit sub
reservacione voti Religionis. Adverte tamen
cum Rodriguez, & Diana citato, quod licet
tale votum possit dispensari à Prælato, non
tamen potest irritari, ex defectu potestatis do-
minative, cum non possit impediri à Prælato,
sicut non potest impediri à Patre votum filii
sui.

QUESTIO II.

Potestas Prælatorum quoad vota
Novitiorum.

SUMMARIUM.

- 7 Prælati potest dispensare, & commutare suo-
rum Novitiorum vota.
- 8 Non potest irritare illa vota indirectè, sed indi-
rectè.
- 9 Quid sit votum reale, quid personale.

- 10 Prælati potest suspendere vota personalia
Novitii, & realia in raro casu.
- 11 Si egrediaris à Religione tenetur ad vota an-
te facta in sæculo.

7.

Quoad Novitiorum vota dicimus, quod
possunt Prælati dispensare, & commu-
tare suorum Novitiorum vota, nam Novitius Navarr.
quandiu est in Religione gaudet professorum Rodrig.
privilegiis. Ita Navarr. in Summa cap. 12, num. Molina.
65. Rodriguez tom. 1, quest. 28, art. 8. Moli- Medina.
na, tom. 1, de justitia, disp. 139, col. 3. Miranda Portel.
quest. 33, art. 6. Portel, in Additionibus ad du-
bia, verb. voti dispensatio, num. 74. Et ad tol- Eugen IV.
lendand omnem difficultatem hoc concessit Joan. à Cruce
Eugenius IV. in sua bulla 21, quam referit
Joannes à Cruce, in Epitome lib. 1, dub. 6, con-
clus. 2. Henriquez, Navarrus, quos citat, & se-
quitur Fr. Martin, à S. Joseph, fol. 537, n. 7.
Quo etiam auctore communiter extendunt ad
Magistrum Novitiorum.

Eugen IV.
Joan. à Cruce

Henriq.
Martín.

8.

Quoad irritationem verd, dicimus; Novi-
tiorum vota directè non possunt irritari à Praelato,
eo quod in iis deficit subjectio ex voto
obedientie, in quo fundatur hæc directæ irri-
tatio, indirectè tamen irritari possunt vota,
prout indirectè, convenienti ordinis regimini
obviant, vel debilem, ac impeditum reddunt
Novitium. Suarez, tom. 2, de Relig. lib. 6, de
voto cap. 7, num. 12.

Suar.

9.

Cùm autem duplex sit votum, personale,
& reale; Personale, quod tangit personam,
& vel aliquam ejus actionem, vel omissionem,
verbi gratia orare, non ambulare. Reale, quo
res aliqua externa promittitur, verbi gratia,
in refectorio relinquere aliquid de sua pitantia
pro pauperibus alendis.

10.

Tunc dicunt communiter Doctores, Navarr.
citato, cap. 12, num. 65. Azor, part. 1, lib. 1, Navar.
cap. 17, quest. 20, & ultima, Sayrus Clavis Reg. Azor.
lib. 6, cap. 10, num. 15. Bonacina, disp. 4, quest. 2, Sayrus:
punct. 7, §. 2, num. 52. & alii multi, quos ad-
ducit Castrus Palau citatus num. 11. Dicunt,
quod etiam Prælati potest suspendere vota
personalia Novitii, quia talia opera poterunt
inservire ad difficiliorem, ac graviorem red-
dendam probationem Novitiatu, & esse im-
pedimenta ad majus bonum, professionem nempe
Religionis; non verd vota realia poterunt
suspendi, quia hæc rarissimè poterunt esse im-
pedimentum ad professionem, nisi ex illis no-
vitiis fiat debilior, & ejus vires deficient, &
tunc dicunt citati Auctores, quod ipse Novi-
tius poterit commutare in alia pia opera.

Bonac.
Palau.

11.

Benè tamen notat Lessius, lib. 2, cap. 40, Lessius.
dub. 13, num. 80, §. Quando votum. Si contin-
gat, quod homo ante ingressum Religionis
habuerit aliquod votum vel in ipso Novitia-
tu emisit quod pro tunc fuit dispensatum,
vel suspensum, & ipse egressus fuerit à Reli-
gione ante professionem, tunc omnia illa vo-
ta reviviscunt, quia solum fuerunt suspensa
pro tempore Novitiatu, si verd professionem
emisit, omnia ex dispositione juris commu-
tantur in votum professionis, ut communiter
Doctores colligunt ex cap. Scriptura de voto, Alexand. III.
ubi Alexander III. ait Reus fracti voti aliqua-
tenus non habetur, qui temporale obsequium in
perpetuam Religionis observantiam noscitur com-
mutare. Ex vi juris & dispositione, cum quis in
perpetuum